

## Numeri.

26

anniculos immaculatos septē. et in sacrificijs eorū simile oleo cōspertes decimas per singulos vitulos. duas decimas per arietē. decimam decime per agnos singulos. qui sunt simul agni septem. et hircū per peccato. absq; his q̄ offerri pro delicto solent in expiationem. et holocaustum sempiternū in sacrificio et libaminibus eorū. **Quintadecima** et die mensis septimi q̄ vobis sancta erit atq; venerabilis: omne opus servile nō facietis in ea. sed celebrabitis solēnitatē dño septē diebus. Offeretisq; holocaustū in odorem suavissimū dño. vitulos de armento tredecim. arietes duos. agnos anniculos immaculatos quattuordecim. et libaminē eorū. simile oleo cōspertes decimas per vitulos singulos qui sunt simul vituli tredecim. et duas decimas arietī vno. et simul arietibus duobus. et decimā decime agnis singulis. qui sunt simul agni quattuordecim. et hircū per peccato. absq; holocausto sempiterno et sacrificio et libamine ei⁹. In die altero offeretis vitulos de armento duodecim. arietes duos. agnos anniculos immaculatos quattuordecim. sacrificiaq; et libamina singulorū per vitulos et arietes et agnos rite celebrabit. et hircū per peccato. absq; holocausto sempiterno sacrificio et libamine eius. **Die tertio** offeretis vitulos vndecim. arietes duos. agnos anniculos immaculatos quattuordecim. sacrificiaq; et libamina singulorū per vitulos et arietes et agnos rite celebrabit. et hircū per peccato. absq; holocausto sempiterno sacrificio et libamine ei⁹. **Die quarto** offeretis vitulos decem. arietes duos. agnos anniculos immaculatos quattuordecim. sacrificiaq; et libamina singulorū per vitulos et arietes et agnos rite celebrabit. et hircū per peccato. absq; holocausto sempiterno sacrificio et libamine ei⁹. **Die quinto** offeretis vitulos novē. arietes duos. agnos

anniculos immaculatos quattuordecim. sacrificiaq; et libamina singulorū per vitulos et arietes et agnos rite celebrabit. et hircū per peccato. absq; holocausto sempiterno sacrificio et libamine. **Die sexto** offeretis vitulos octo. arietes duos. agnos anniculos immaculatos quattuordecim. sacrificiaq; et libamina singulorū per vitulos et arietes et agnos rite celebrabit. et hircū per peccato. absq; holocausto sempiterno sacrificio et libamine. **Die septimo** offeretis vitulos septē. et arietes duos. agnos anniculos immaculatos quattuordecim. sacrificiaq; et libamina singulorū per vitulos et arietes et agnos rite celebrabit. et hircū per peccato. absq; holocausto sempiterno sacrificio et libamine. **Die octavo** qui ē celebratissim⁹. omne opus servile nō facietis offeretes holocaustū in odorem suavissimū dño. vitulū vnu. arietē vnu. agnos anniculos immaculatos septē. sacrificiaq; et libamina singulorū per vitulos et arietes et agnos rite celebrabit. et hircū per peccato. absq; holocausto sempiterno sacrificio et libamine. **Hec** offeretis dño in solēnitatibus vestris: propter vota et oblationes spontaneas in holocausto. in sacrificio. in libamine. et in hostijs pacificis.

XXX

**N**arrauitq; moyses filijs israel omnia que ei dñs imperarat. et locutus est ad principes tribuum filiorū israel. **Iste** est sermo quem precepit dominus. **Si** quis virorū votū dño voverit. aut se constrinxerit iuramento: nō faciet irritum verbum suū sed omne quod promisit implebit. **Mulier** si quipiam voverit. et se constrinxerit iuramento que est in domo patris sui. et in etate ad huc puellari. si cognoverit pater votum quod pollicita est. et iuramentum quo obligavit animam suam. et tacuerit: non rea erit. **Quicquid** pollicita est et iuravit. opere complebit. **Sin autē** ista

Rijj